tam grandis que habeat deos appropinquā tes ſibi ſicut adeſt nobis deus noſter Igitur letentur fideles qui credunt in chriſtū: qꝛ nō ambulant in tenebris: ſed habebunt lumen vite: in pñti ꝑ gratiam et in futuro ꝑ gloriaꝫ ſempiternam. Amen.

¶ Sermo quadrageſimusprimus de ſingulari electione ſancti Matthie qua ad apoſtolatum aſſumptus eſt.

ANnumeratus eſt cum vndecim apoſtolis. Scribūtur hec verba Actuuꝫ.i.c.et in epiſtola hodierne feſtiuitatis. Cupientes laudibus beati matthie inſiſtere: bene eſt vt illius electioneꝫ qua ad apoſtolatū fuit aſſumptus perſcrutemur. De ipſa quippe copioſe loquitur epiſtola preſens: in qua multa pulcra et notabilia continentur. In omnibus tamen que ibi ponuntur: matthie ſanctitas eximia demonſtratur. Ipſe enim apoſtolatum obtinuit non aliqua elatione commotus: ſed ab apoſtolis orantibꝫ et deo reuelante vocatus. Idcirco vt iſta oīa deuotius meditari poſſimus tria myſteria de electōne huius apoſtoli beatiſſimi ꝓponimus ꝯtemplanda.

¶ Primū dicitur cauſalitatis.

¶ Secundum qualitatis.

¶ Tercium vtilitatis.

¶ Qualiter ꝓpter peccatū deſperatōis iudas damnatus fuit: et de grauitate peccati deſperationis. Et cur apoſtoli locum iude voluerunt ſupplere. ¶ Capitulum. i.

PRimū myſteriū ꝯtemplandū de electōe matthie dicit̃ cauſalitatis. Fuit nanqꝫ talis electōnis cauſa vt numerus duodenarius apl'oꝝ impleretur. Nam ex caſu ⁊ ꝑuaricatione Iude vndecim tm̄ remanſerāt apoſtoli. Sꝫ vt ps iſta melius intelligatur: tria erunt hic dubia declaranda.

Primum quare iudas damnatus fuit.

¶ Scđm vtrū deſperatio ſit maximū pcc̄oꝝ.

¶ Terciū cur apoſtoli numerū duodenarium voluerunt ſupplere.

¶ Pro primi dubij explanatōne ſciendū ꝙ multa fuerunt grauiſſima peccata iude. Primum fuit peccatū ingratitudinis. Nam xp̄s fecit eum ſuū diſcipulū et apl'm ſibiqꝫ familiarem: cui multā benignitatē oſtendit. Ipſe vero illū impie ꝓdidit. Sed quedā hic oritur difficultas. An iudas fuit electus a xp̄o. Nā Lucas. c. vi. ait. Vocauit ſcꝫ xp̄us diſcipulos ſuos ⁊ elegit duodecim ex ipſis quos et apl'os noīauit. Et inter iſtos annumerat̃ iudas. Joh. vero. c. xiij. xp̄s dixit. Beati eritis ſi feceritis ea. nō de omnibꝫ vobis dico: ego ſcio quos elegerim. vbi videt̃ dicere ꝙ nō elegiſſet iudā. Ad qđ dicendū. ꝙ iudas electus fuit ad apoſtolatū ſm tp̄s. Et hoc dicit̃ Luce. vi. c. vbi. s. ſed nō fuit electus ad finalem grām ⁊ gloriā. Et hoc exprimit̃ a xp̄o ſuperius Joh. xiij. ca. Si quis ꝟo vlterius quereret. Cur xp̄s elegit iudā ad apoſtolatū quē ſciebat futurū ꝓditorē. Rn̄demus quia tūc erat idoneus. vnde ſicut nō debuit intermittere creationē luciferi ⁊ alioꝝ quos ſciebat fore damnandos: ita nec aſſumptōeꝫ iſtius ad apl'atum. Inſuꝑ xp̄s id facit vt nobis exemplum patientie daret: dū iudā tolerauit ⁊ illi tanta beniuolētie ſigna oñdit. Scđm peccatum iude fuit auaricia. qꝛ vt dꝛ Joh. xij. ca. Fur erat ⁊ loculos habens Fecerat ipm xp̄s ꝯſeruatorē elemoſynaꝝ que ſibi donabant̃. Ille vero furto ſurripiebat decimaꝫ ꝑtem vt quidā dicūt. Et ideo ꝓ decima ꝑte quā in vnguento amiſerat ꝓ triginta denarijs dñm vēdidit. Terciū peccatuꝫ iude fuit ꝓditio. quia xp̄m ſigno oſculi tradidit. Nam vt dꝛ Matthei. xxvi. c. dedit ſignū his qui xp̄m capere volebāt dicēs. Quēcunqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt tenete eū. Quartū pcc̄m iude fuit preſumptio qꝛ p̄ſumpſit oſculari faciē illā in quā deſiderant angeli ꝓſpicere. Quintū pcc̄m iude fuit ſimulatio. dū dixit Aue Rabi. cū tñ illi mortē ꝓcuraret. Sextū peccatū fuit obduratio. qꝛ nullo obſequio: nullis blandicijs: nullis cōminatōibꝫ voluit a ſuo malo ꝓpoſito reſiſtere. Septimū pcc̄m dicitur deſperatio: qꝛ abiens laqueo ſe ſuſpendit. hoc vno ſolo ꝑfecta fuit damnatio iude. Si enī nō deſperaſſꝫ ⁊ penitentiā verā egiſſet vtiqꝫ poſt tot cōmiſſa flagicia: poſt tot enormia mala: poſt tot nephanda facinora: dei fuiſſet miſcđiam ꝯſecutus. O ineſtimabilis pietas bñdicti dei: diſplicent illi q̄cunqꝫ petā: ſꝫ ſuꝑ oīa deſperatōeꝫ abhorret. Et ſumo hic deſperatōꝫ quā cōcomitatur impenitētia finalis: ꝓbamus qđ dicimus. Nam Hiero. ad Ruſticū monachū inquit. Nihil ſic offendit deū ſicut cor ipenitens. Solū deſperatōis crimen eſt qđ veniā ꝯſequi nō poteſt. Et Leo papa de pe. di. iij. c. inter omnia. iudam ſic alloquitur. Scelerat ior omnibꝫ o iuda ⁊ infelicior extitiſti quē nō penitentia reuocauit ad dñm: ſed deſperatio traxit ad laqueum. ¶ Secundū dubiuꝫ fuit vtrum deſperatio ſit maximū peccatoꝝ. Ad quod rn̄det Tho. ſa ſe. q. xx. ꝙ peccata que opponunt̃ virtutibꝫ theologicis ſunt ſm ſuū genus alijs peccatis grauiora. Cum enī

120

virtutes theologice habeāt deum p̄ obiecto:
pcc̄a eis oppoſita importāt directe ⁊ p̄ncipa=
liter auerſionē a deo. In q̄libet autē peccato
mortali principalis rō mali ⁊ grauitas eſt ex
hoc q̄ auertit a deo. Si enī eſſe poſſet ꝯuer=
ſio ad bonū ꝯmutabile ſine auerſione a deo:
q̄muis eſſet inordinata nō eſſet peccatū morta
le. Et ideo illud qd̄ primo ⁊ p̄ ſe habet auer=
ſionē a deo ē grauiſſimū inter peccata morta
lia. Virtutibꝫ aūt theologicis opponunt̄ in=
fidelitas: odiū dei et deſperatio. Inter q̄ odi=
um ⁊ infidelitas ſi deſperatōi ꝯpent̄ inueniē=
tur ſm̄ ſe quidē. i. ſm̄ rōnem ꝓprie ſpeciei gra
uiora. Infidelitas enim ꝓuenit ex hoc q̄ hō
ipam dei veritatē nō credit. Odiū dei ꝓuenit
ex hoc q̄ voluntas hoīs ipi diuine bonitati
ꝯtrariat̄. Deſperatio aūt ex hoc q̄ homo nō
ſperat ſe bonitatē dei p̄ticipare. Ex quo patꝫ
q̄ infidelitas ⁊ odiū ſunt cōtra deū ſm̄ q̄ in
ſe eſt. deſperatio aūt ſm̄ q̄ eius bonū p̄ticipa
tur a nobis. Vn̄ maius peccatū eſt ſm̄ ſe lo=
quendo nō credere dei veritatē vel odire deū
q̄ꝫ nō ſperare ꝯſequi grām ⁊ gloriā ab ipo. ſꝫ
ſi ꝯpetur deſperatio ad iſta duo ex p̄te nr̄a: ſic
deſperatio eſt periculoſior: q̄r p̄ ſpem reuoca=
mur a malis: ⁊ introducimur in bona ꝓſeq̄n
da: et ideo ſublata ſpe in effrenata hoīes labū
tur vicia ⁊ a bonis op̄ibus retrahunt̄. Unde
glo. ſup̄ li. Numerorꝫ. ait. nihil eſt execrabili
us deſperatōe: quā qui habet ⁊ in generalibꝫ
huius vite laboribus: et qd̄ prius eſt in fidei
certamine ꝯſtantiā p̄dit. Et Iſido. li. de ſum
mo bono ait. Perpetrare flagiciū aliqd̄ morſ
a ie eſt. ſꝫ deſperare eſt deſcendere in infernū.
hec ille. Peccato itaqꝫ deſperatōis iudas ob=
rutus ⁊ ab apl'atu 'cecidit et hereditate celeſti
priuatus eſt. ¶ Terciū dubiū fuit Cur ca=
dente iuda voluerunt apl'i p̄ electionē Mat
thie numerū duodenariū ꝯplere. Ad qd̄ re=
ſpondemus q̄ apoſtoli chriſti debebant eſſe
duodecim ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpter electionem.

¶ Scdo ꝓpter predicationē.

¶ Tercio ꝓpter figurationē.

¶ Primo ꝓpter electionem. Nam xp̄s elegerat
duodecim vt p̄dictum eſt: ergo cadente iuda
numerus ille vacuuſ remanebat. Et ſicut in
natura nō datur vacuū: ita nec in eccleſiaſti=
ca ierarchia ſiue in eccleſia triūphante ſiue
militante. Propterea cadente lucifero ⁊ cete=
ris angelis eum ſeq̄ntibꝫ: ſucceſſit loco eoruꝫ
humana natura. Ideo Aug⁹ in Enchiridi=
on ait illud qd̄ ponitur in. ij. Sententiarū.
di. x. Superna hieruſalē mater noſtra: ciui=
tas dei: nulla ciuiū ſuorꝫ numeroſitate frau=

dabitur: aut etiam vberiore fortaſſe copia re=
gnabit. Neqꝫ enī numerū immundorꝫ ſpiri=
tuū nouimus: in quorꝫ locū ſuccedentes filij
catholice m̄ris que ſterilis apparebat in ter=
ris in ea pace de qua illi ceciderunt ſine vllo
tp̄is termino p̄manebūt. hec ille. Sic a ſimi=
li in locū a xp̄o p̄ordinatuꝫ a quo iudas ceci=
derat: aliquis alius erat reponendus. Scdo
apl'i debuerūt eſſe duodecim ꝓpter p̄dicatōeꝫ
Nam ipſi p̄dicaturi erāt fidem trinitatis in
quattuor p̄tes mundi ſcꝫ orientē: occidentē:
meridiē ⁊ ſeptentrionē. multiplicato aūt ter
in quattuor ꝯſtituit duodecim. ſm̄ etiā Pto
lomeuꝫ in. ij. quadripartiti. Duodecim ſunt
ꝓuincie principales mundi: circa mediū ha
bitationis: ſm̄ q̄ ſunt duodecim ſigna celi.
Tercio apl'i debuerūt eſſe duodecim ꝓpter fi=
gurationē. nam numerus iſte in veteri teſta=
mento fuit multipliciter figuratuſ. Prima fi
gura fuit in duodeci ducibuſ. de quibꝫ dixit
deus abrae. Sup̄ hiſmael exaudiui te. Ecce
bn̄dicam ei ⁊ augebo et multiplicabo eū val
de. xij. duces generabit: et faciā illū in gentē
magnam. Iſti duces figurarunt apl'os qui
duxerunt nos ad deum. Secunda figura fu
it in duodecim patriarchis filijs iacob et pa
tribus totius populi a iacob deſcendentis: q̄
rum uomina ponuntur Geneſ. xlix. ca. Iſti
apoſtolos duodecim preſignarūt: q̄r ipſi fu=
erunt precipui filij dn̄i noſtri ieſu chriſti: et
quodam ſpeciali dilectōnis munere: qui pa=
tres vocari poſſunt totius populi chriſtiani
Tercia figura fuit in duodecim fontibꝫ aq̄=
rum. de quibꝫ dicitur Exodi. xv. c. Venerūt
filij iſrael in helim: vbi erāt duodecim fontes
aquarꝫ. Apl'i nāqꝫ fontes fuerūt de q̄bꝫ hau=
ſta fuit aqua ſapiētie ſalutaris. Quarta figu
ra fuit in duodecim vitulorꝫ oblatōe in dedi
catione altaris poſt ꝯpletū tabernaculū. de q̄
bus ſcribit̄. Numeri. vij. c. Hi figura fuerūt
apl'orꝫ qui obtulerūt dn̄o corp̄a in martyrio
ad eccleſie catholice dedicatōꝫ. Quinta figu
ra fuit in duodecim exploratoribus miſſis a
moiſe ad explorandū terrā ꝓmiſſionis: ſicut
habet̄. Numeri. xiij. c. Apl'i tanqꝫ vere ꝯtem
platiui ⁊ p̄ ꝯtemplatōꝫ iuerunt primi ad pa=
triam celeſtem vt dicerent id qd̄ ponitur ad
Philippenſes. iij. c. Noſtra cōuerſatio in ce=
lis eſt. Sexta figura fuit in duodecim viris
qui de mandato domini tulerunt duodecim
lapides de medio iordanis alueo: qn̄ iorda=
nis conuerſus fuit retrorſum: ſicut ſcribitur
Joſue. iiij. c. Hi preſignarūt apl'os qui por=
tarūt duodecim articulos in ſimbolo ab eis
ꝯpoſito. Septima figura fuit in duodecim

leunculis in throno Salomonis de quib⁹
fit mẽtio.iij. Regũ.x.c. Hi apl'os denotabãt
quib⁹ a deo dictũ fuit Matt.xix.c. Sedebi-
tis ſup thronos duodecim iudicãtes duode
cim trib⁹ iſrael. Octaua figura fuit in duode
cim bobus ſuſtinentib⁹ mare eneũ vt ptʒ.iij.
Reg.vij.c. Apli quidẽ fuerũt primi miniſtri
baptiſmi qđ p mare eneũ figurari pt. quibuſ
dixit xpus Matth.vlti.c. Euntes baptiſate
oẽs gentes. Nona figura fuit in duodecĩ iu-
gis boũ in quib⁹ arabat heliſeus. vt ſcribit.
iij. Regũ.xix.c. Heliſeus figurat xpm qui in
terptatur deus meus ſaluator qui arat agrũ
ſuũ.i.eccleſiã duodecim aplis quorum etiã apo
ſtolicã vitã ſuadet alios accipe p imitatõʒ di
cens Matth.xi.c. Tollite iugũ meum ſup
vos. Decima figura fuit in duodecim ꝓphe-
tis que recte ↄuenit aplis qui fuerunt ꝓphete
noui teſtamẽti. Numerus inſup duodenari
us celebratus fuit a romanis qui acceperũt
a grecis legẽ duodecim tabularum. ſicut nos ac
cepimus ab aplis legẽ duodecim articulorum
fidei. Nam vt notat.ff. de origine iuris.l.ij.
§.exactis. Romani miſerũt decem viros ad
grecos p copia illarum legũ habenda: que vo-
cantur leges duodecim tabularum. Igit a ſpũ
ſcõ edocti apli moti fuerũt: vt videbimus ad
electionem Matthie: vt ſic in eis eſſet nume-
rus duodenarius pfectus.

¶ Qualiter ſingularis fuit ⁊ ſcã electio mat-
thie reſpectu eligentiũ: reſpectu modi eligen
di: reſpectu electi. ¶ Capitulum.ij.

Secundũ myſteriũ ↄtemplandũ de ele-
ctione Matthie dr qualitatis. In quo
videbimus qualiter electio illa fuit debite iu
ſte et ſanctiſſime celebrata: triplici reſpectu.

¶ Primo reſpectu eligentium.
¶ Scđo reſpectu modi eligendi.
¶ Tercio reſpectu electi.

¶ Primo inqʒ fuit debite celebrata reſpectu
eligentiũ. Electores enĩ fuerũt magne aucto
ritatis: qꝛ fuerũt apli qui ſunt principes mũ
di: ianitores eccie: et iudices ſeculi. Ad ipos
ergo nõ ad alios ſpectabat talis electio: qui
ad hãc pficiendã: cõſulte: vt apparebit ↄuene-
runt. Nam vt inquit Bonauen. in ſuo.i.di.
xi. Sicut quattuor fuerũt ↄcilia pncipalia
patrũ: de quib⁹ dr.xv.di.c. Canones. ita qt-
tuor fuerũt ↄcilia aplorum in primitiua eccia.
Primũ fuit ad electionẽ matthie. Scđm ad
electionẽ ſeptẽ diaconorum. Act.vi.c. Terciuʒ
ad non imponenda legalia gentib⁹. Act.xv.
c. Quartũ ad toleranda legalia ad tps. Act.
xv.c. ¶ Scđo electio illa fuit debite celebra
ta reſpectu modi eligendi. Inchoata quideʒ
fuit ab exhortatõne ſalutifera: dum petrus
aplorum princeps exurgens in medio vbi erat
turba hoim fere centũ viginti dixit. Viri fra
tres oportʒ implere ſcptura: quã pdixit ſpũs
ſcũs p os Dauid de Iuda: q fuit dux eorum: q
ↄprehenderũt ieſum: qui ↄnumerat⁹ erat in
nobis. et ſortitus eſt ſortẽ miniſterij hui⁹. Et
accipit hic ſors p pte ſcdm Nico. de lira. Et
hic quideʒ poſſedit agrũ.i. poſſideri fecit de
mercede iniqtatis. qꝛ triginta denarios quib⁹
inique vẽdiderat xpm in tẽplo pieci. Et q-
bus pncipes ſacerdotũ emerũt agrũ p ſepul
tura pegrinorum. vt habet Matt.xxvij.c. Alij
aũt dicũt q iudas fuit ibi ſepultus ⁊ ſic poſ-
ſedit agrũ illũ. Sʒ vt dic Nico. de lira. hoc
nõ eſt veriſile: qꝛ pncipes ſacerdotũ erãt intẽ
ti circa mortẽ xpi pcurandã: ꝓpter qđ nõ ita
cito emerũt illũ agrũ. Nec etiã ager ille ẽptuſ
ſtatim fuit p ſepultura diſpoſit⁹: et ſic videt
fuiſſe tps intermediũ. Iudas aũt eadẽ die q
piecit argẽteos videt ſe ſuſpendiſſe: ꝓpter qđ
expoſitio pma melior videt. Sequunt vba
petri. Et ſuſpenſus.ſ. iudas crepuit medius:
et diffuſa ſunt oĩa viſcera ei⁹. Et notũ factũ
eſt oib⁹ habitantib⁹ hierlm.ſ. enorme factũ iu
de: ita vt appellaret ager ille lingna eorum agel-
demach. hoc eſt ager ſanguinis. Sciendũʒ
hoc loco ſcdm Nico. de lira. q ille due dictões
ageldemach: agrũ ſanguinis: in latinũ ſigni
cantes: nõ ſunt ꝓprie hebraice: ſʒ magis ſyria
ce. Tñ lingua hebraica et ſyriaca ſunt valde
ꝓpinque. vt dicit Hiero. in prologo galeato.
Iudei aũt notabiliter lrati magis vtebantur
lingua ſyra et hebraica. Vñ et libri eorum qui
ſunt extra bibliã: p magna pte ſcripti ſunt in
ſyro ideomate lrĩs tñ hebraicis: qđ de facili
pt fieri: qꝛ lre hic et ibi ſunt eiuſdẽ numeri et
ſoni: differentes tñ in caracterib⁹. Subdidit
petrus. Scriptũ eſt enĩ in libro pſalmorum. fi
at habitatio eorum deſerta: et nõ ſit qui habitet
in ea. Et epatum eius accipiat alter. Notan-
dum q verbũ illud: fiat habitatio eorum deſer-
ta. ponitur. ps. lxviij. Et illud qđ ſequitur.
Epiſcopatũ eius accipiat alter. ſcribit. cviij.
vterqʒ tñ pſalm⁹ intitulatur a Dauid tanqʒ
ab auctore. Coniũxit aũt petrus iſtas duas
auctoritates ſimul: qꝛ loquuntur de pena p
morte chriſti inflicta. Prima loquit de pena
ſacerdotũ mortẽ xpi pcurantiũ. In penã enĩ
mortis xpi templũ et ciuitas hierlm fuerunt
deſtructa p Romanos: et ſacerdotes partim
interfecti et partim captiuati. Et hoc eſt qđ p
dixit Dauid. fiat cõmoratio.i. habitatio eorum
deſerta. Si vero loquit de pena iude pdito
ris. Et hoc eſt qđ dicit: Epatum ei⁹ accipiat



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alter. Concluſit itaqꝫ petrus dicẽs. oportet
ergo ex his viris qui nobiſcū ſunt ꝯgregati
omni tp̄e quo intrauit et exiuit inter nos do
minus Jeſus incipiens a baptiſmate iohan
nis vſqꝫ in diem qua aſſumptus eſt a nobis
teſtem reſurrectōis eius nobiſcū fieri: vnum
ex his. Et ſtatuerunt ſcꝫ elegerūt duos: Jo-
ſeph qui vocabatur barſabas: qui cognomi-
natus eſt iuſtus. et Matthiam. ꝭm aliquos
iſte barſabas fuit ille qui cum Paulo ad apo
ſtolatum aſſumptus fuit. de quo fit mentio.
Actuū. xiij. c. Sed Nico. de lira ſup. i. ca. et
iiij. c. Actuū aploꝝ: aſſerit alium fuiſſe. Nā
iſte cognominatus eſt barſabas. Jlle ꝟo bar
nabas. Jſte barſabas fuit filius alphei: et ſic
de galilea oriundus. Jlle vero barnabas di
citur cyprinus. i. de cypro natus. de q̄ men-
tionem facit Hiero. in li. de viris illuſtribꝫ.
Conſeq̄nter apl'i ꝓſecuti ſunt electionē mat-
thie cum orōne deuota. Nam orantes dixe-
runt. Tu dn̄e qui corda noſti oim̄ on̄de quē
elegeris ex his duobꝫ: vnū accipe locum mi-
niſterij huius et apl'atus: de quo p̄uaricatus
eſt iudas: vt abiret in locū ſuum: et dederunt
ſortes eis. Quidā dicunt vt Hiero. et Beda
ꝙ he ſortes tales fuerūt quales ille quaꝝ in
lege veteri creberrimus vſus erat. de quibus
ſcribitur Prouerb. xvi. Sortes mittunt̄ in
ſinum: ſed a dn̄o temperant̄. Ex quo inquit
Nico. de lira. Ex vti ſortibꝫ eſt vario euentu
ſeu diſpoſitōne alicuius rei ſenſibilis ꝓpoſite
terminare aliquod dubiū vel incertum. Si-
cut ex feſtucis ꝓpoſitis: ꝑ hoc ꝙ aliquis acci-
pit breuiorē vel longiorem: ſeu in ꝓiectione
taxilloꝝ: ꝑ hoc ꝙ aliquis proijcit plura vel
pauca puncta: vel ex ꝯſimilibꝫ aliquod du-
bium inter hoīes determinatur. Et ſi hoc fi-
at ad alicuius rei diuiſionē inter hoīes vt ꝑ
hoc determinetur quis: quam ꝑtem accipiat
vocatur ſors diuiſoria. Si autē hoc fiat ad
aliquid determinate agendum: vocatur ſors
ꝯſultoria. Si vero fiat vt p̄cognoſcatur ali-
quod futurū ꝯtingens: vt inquit Tho. ſc̄da
ſc̄de. q. xcv. ar. iij. vocatur ſors diuinatoria.
vti ſorte diuiſoria licitū eſt dūmodo non ad
ſit ibi aliqua ſupſtitio: puta inuocatio demo-
nis vel expectatio euentus rei ab influentia
planetaꝝ et ſimilia. Sortibꝫ vero ꝯſultorijs
et diuinatorijs maxime in electōnibꝫ p̄latoꝝ
ec̄cie abſtinendū eſt. vt ſcribit̄. xxvi. q. ij. c. nō
ſtatim. c. hi qui. c. nō exemplo. Et de ſortile-
gijs. ꝑ totum. nec obſtat quia in electōe Mat
thie vſi ſunt ſortibꝫ. Quia vt ait Beda. pri-
uilegia paucoꝝ ꝯmunē legem non faciunt.
Et apl'i in hoc moti fuerunt ex familiari cō-
ſortio ſpiritus ſancti et ſine aliqua ſupſtitio-
ne. ¶ Tercio fuit illa electio debite celebrata
reſpectu electi. qui fuit Matthias rect⁹: ſim-
plex: ꝓbus: mundus: iuſtus: innocēs: impol
lutus. Cecidit enim ſors ſuper illum. Et fa
ctus eſt duodecimus apl's impleuitqꝫ nume
rum illum. Notandū hoc loco ꝙ Dionyſi⁹
qui fuit Pauli diſcipulus: videtur aliud ſen
tire de ſorte illa q̄ꝫ ceteri. Ait nanqꝫ ſic in li.
Eccleſiaſtice ierarchie de diuina ſorte que ſu
per Matthiam cecidit. Alij quedam alia di
xerunt nō religioſe ſicut arbitror: Meam aūt
intentionē et ipſe dicā. Videtur eni mihi elo
quia diuina ſortem noīare thearticū quod-
dam donū demonſtrans illi theartico choro
a diuina electōne ſuſceptū: hec ille. Jn quibꝫ
verbis innuit ꝙ illa ſors nihil aliud fuit ni-
ſi quidā ſplendor et radius ſup Matthiam
diuinitus emiſſus: ꝑ quem ipē oſtendebatur
in apoſtolū aſſumendus. Sed re vera eſſe ꝑt
vtrūqꝫ: et ꝙ apoſtoli vſi ſunt ſortibꝫ ne a lege
diſcreparent in qua ſummus ſacerdos ſorte
querebatur. Et ꝙ radius emicuerit ſup mat-
thiam qui apoſtolicā dignitatem cum tanta
deuotione ac intentōne recta tam ex parte ſui
q̄ꝫ et parte apoſtoloꝝ fuit aſſecutus. O q̄ꝫ mi
ſerabilis eſt tempoꝝ hoꝝ conditio. O q̄ꝫ de-
flendus eccleſie ſtatus. O q̄ꝫ lugenda chriſti
ane religionis iactura. qm̄ dignitates eccle-
ſie q̄ꝫ ſepe ꝯferuntur indignis: nihil vtiqꝫ eſt
qđ magis officiat eccleſie dei: q̄ꝫ ꝙ indigni
aſſumuntur prelati ad regimen animaꝝ: Sꝫ
de hoc ſatis dictum eſt in ſermone de ambi-
tione in quadrageſimali noſtro.

¶ Qualiter beatus Matthias p̄dicauit cō-
ſtanter veritatem euangelicam ſequentibꝫ ſi-
gnis ob quam martyrij coronā accepit.

¶ Capitulum. iij.

Tercium myſteriū ꝯtemplandū de electōe
Matthie dr̄ vtilitatis. fuit nāqꝫ electio
illa et aſſumptio vtilis ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpter veritatis predicationē.

¶ Scd̄o ꝓpter miraculoꝝ oꝑationem.

¶ Tercio ꝓpter martyrij tolerationē.

¶ Primo fuit vtilis aſſumptio Matthie ad
apoſtolatū ꝓpter veritatis euangelice predi-
cationem. Nam p̄dicauit euangeliū chriſti
in Macedonia ⁊ in iudea de quo ſic ſcribit̄
in quadā legenda: q̄ treueris inuenit̄: Mat-
thias de tribu iuda ⁊ in ciuitate bethlē illu-
ſtri ꝓſapia oriund⁹ fuit. Qui lr̄is tradit⁹ oēꝫ
in breui legē ⁊ ꝓphetaꝝ ſciam apprehendit: la
ſciuiam q̄ꝫ abhorrens pueriles annos moꝝ
maturitate vincebat. Jnformatus q̄ꝫ ani-
mus eius ad virtutē. vt eſſet ad intelligentiā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

babilis:ad miſcdiam facilis:in pſperis non
elatus:in aduerſis ꝯſtans:et in trepidis ſata=
gebat:vt qđ ſenſu pceꝑat oꝑe ꝯpleret:et oris
doctrinā manus oꝑatōe monſtraret. ¶ Hic cū
ꝑ iudeā pdicaret ⁊ corā pōtifice accuſaret in
multis. Rn̄dit de obiectis: q̄ crimina dicitis
nō oportet me cūcta dicere:qm̄ chriſtianū eſ=
ſe nō eſt criminis ſ; glorie. Cui pōtifex. Si
tibi dant inducie vis penitere. et ille. abſit vt
a veritate quā ſemel inueni ꝑ apoſtaſiā digre
diar. Cōſtantiſſime itaqꝫ xp̄m pdicando ma
gnificauit. ¶ Scđo fuit aſſumptio vtilis ꝓ
pter miraculoꝝ oꝑationē multa nanqꝫ mira
cula ꝑ illū oꝑatus eſt deus. Nā in macedo=
nia quandā potionē toxicatā q̄ viſu cūctos
priuabat quā ſibi dederūt in noīe xp̄i bibit et
nullā leſionē incurrit. Et cū illa potio cꝫplu
res alios excecaſſet ille ſingulis manū impo
nens oīēs in xp̄i noīe illuminauit:multaqꝫ
alia ſigna fecit ꝓpter que multi crediderūt in
xp̄m ¶ Tercio fuit vtilis aſſumptio matthie
ꝓpter martyrij toleratōez. Nā licet aliq̄ dicāt
ꝙ poſt multa bona oꝑa in pace quieuit. tamē
credit ꝙ martyrio fuerit coronatus: de quo
etiā diuerſa narrant. Nā quidā aſſerūt eū fu=
iſſe lapidib; obrutū Alij fuiſſe crucifixū. Nō
nulli vero ſecuri more romano ꝑcuſſuz. Po
tuit eſſe ꝙ oīa ꝯcurrerint et ꝙ fuit cruci affi=
xus et cū nō cito extingueret ꝙ fuerit lapida
tus ⁊ anteqꝫ ſpm̄ exhalaret ꝙ fuerit ſecuri ꝑ=
cuſſus. Huius corpus rome in ecc̄ia ſancte
marie maioꝝ ſub lapide porphirico ſepultū
eſſe ꝑhibetur. Et ibidē caput eius ꝓplo demō
ſtratur. Quidā vero aiunt ꝙ corpus illud de
iudea romā deinde treuerim fuit tranſlatum
aīa vero cū angelis ⁊ ſanctis gaudet in celis
vbi fruitur eterno bono. Ad qđ nos pducat
ille Jeſus filius dei qui cū pr̄e et ſpū ſcō vi=
uit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo quadrageſimſecūdus de gloria
beati Bartholomei apl̄i que magna oſtendi
tur ex triplici eius excellentia.

Magna eſt gloria
eius. Scribunt hec verba. pſ.
xx. Licet ingentiſſima ſit gloria
ſcōꝝ quā habēt in regno celoꝝ:
tn̄ et illa qua in eccleſia militante illuſtrātur
admirabilis eſt ⁊ copioſa. Vbiqꝫ nāqꝫ ⁊ quo=
tidie nomē illoꝝ ſanctū ⁊ venerabile pdicat
atqꝫ de cꝫplurimis ꝑ anni circulū feſtiuitas
in eccleſia celebratur. Hodie vero celebris
memoria recolitur beati apoſtoli Bartholo=
mei quem omnes fideles deuotiſſime vene=
rantur. Hic vnus fuit ex duodecim apoſto=
lis quē aiunt nonnulli ex nobilib; parentib;
ortum:ſc; rege indie et cum diutino detētus
errore idoloꝝ fuiſſet tandem audita fama et
ſanctitate ac miraculis Jeſu chriſti in iudeā
abijt:vbi ad chriſtū ꝯuerſus ꝑpetuo ei adhe
ſit ⁊ poſt ſuſceptū ſpm̄ ſanctum euangelium
feruentiſſime pdicauit. Merito igit in hoc
ſermone de ipſius gloria tractare debemus:
quā dixit magnā; illuminatus ꝓpheta ꝓpter
triplicem eius excellentiam.

¶ Prima dicitur idolatrie deſtructio.

¶ Scđa martyrij toleratio.

¶ Tercia corꝑis conſeruatio.

¶ Qualiter beatus Bartholomeus pdicās
in india idolatriam extinxit. Et de idolatrie
diffinitōe originatōe ⁊ graui offenſione.

¶ Capitulum. i.

Prima excellentia beati Bartholomei
oſtendens magnitudinē glorie eius di
citur idolatrie deſtructio. Nam in india ido
la deſtruxit et populos ad chriſtū conuertit.
Acceſſit quidez ibi ad templum in quo erat
idolum noīe aſtaroth in quo quidā demon
habitabat qui ſe languentes curare dicebat.
Sed cum templū languentib; plenum eſſet
Et nullū ab idolo rn̄ſum habere poſſent ad
aliam ciuitatē pexerunt:vbi aliud idolū no
mine berith colebatur. Et interrogātib; cur
ſibi aſtaroth reſponſum nō daret. Reſpōdit
berith. deus veſter cathenis igneis ꝯſtrictus
nec reſpirare nec loq̄ audet ab illa hora qua
apl̄us dei bartholomeus indiā intrauit. Di=
cunt illi quis eſt iſte Bartholomeus. Et de=
mon reſpondit. Amicus eſt dei omnipoten=
tis. Et ideo venit in iſtam ꝓuinciam:vt om=
nes deos inde euacuet. At illi. Dic nobis ſi=
gna eius vt eum inuenire poſſimus. Quib;
demon ait. Capilli eius nigri et criſpi. Caro
eius candida:oculi grandes: nares equales
et directe:barba plixa habēs paucos canos
ſtatura equalis:induitur pallio albo quod ꝑ
ſingulos angulos gemmas habet purpure=
as. Viginti ſex anni ſunt ex quo veſtes ⁊ ſan
dalia eius nec veteraſcunt nec ſordidantur.
Cencies flexis genibus per diem orat et cen=
cies per noctē Angeli cum eo ambulant qui
nunqꝫ eū fatigari nec eſurire pmittūt. Sem=
per eodem vultu ⁊ animo letus ac hilaris ꝑ=
ſeuerat. Omnia preuidet:omnia nouit: oīm
gentiū linguas intelligit. Et quod vobiſcū
loquor ipſe iam nouit:et qn̄ queretis eum ſi
vult oſtendet ſe vobis ſi aūt nō vult non po
teritis inuenire. Rogo aūt vos vt cū eū inue
neritis rogate eū ne huc veniat ne angeli ſui
hoc mihi faciant qđ ſocio meo iam fecerunt.

122

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf